

## Esdre. III.

239

se deum. et quidem scientes quoniam moriuntur. Sicut enim vos suscipiet que predicata sunt: sic eos sitis et cruciatus qui preparata sunt. Non enim voluit hominem disperdi. Sed et ipsi qui creati sunt conquinaverunt nomen eius qui fecit eos. et ingrati fuerunt ei qui preparavit eis vitam. Quapropter iudicium meum modo appropinquat. Que non omnibus demonstraui nisi tibi. et tibi similibus paucis. Et rridi et dixi: Ecce nunc domine demonstraui tibi multitudinem signorum que incipies facere in novissimis sed non demonstraui tibi quo tempore.

LIX

**R**espondit ad me et dixit: Scitens metire tempus in semet ipso. et erit cum videris quando transierit pars quedam signorum que predicata sunt: tunc intelliges quoniam ipsum est tempus in quo incipiet altissimus visitare seculum quod ab eo factum est. Et quando videbitur in seculo monio locorum et populorum turbatio tunc intelliges quoniam de his erat altissimus locutus: a diebus qui fuerunt ante te ab initio. Sicut enim omne quod factum est in seculo initium habet pariter. et consummationem. et consummatio est manifesta: sic et altissimi tempora initia habent manifesta in prodigiis et virtutibus et consummationes in actu et signis. Et erit omnis qui saluus factus fuerit et qui poterit effugere pro opera sua. et pro fide in qua credidistis relinquetur de predictis periculis. et videbit salutare meum in terra mea. et in sinibus meis: quoniam sanctificavi me a seculo. Et tunc miserebuntur qui nunc abusi sunt vias meas. et in tormentis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptum. Qui enim non cognoverunt me viventes beneficia commiserunt. et qui fastidierunt legem meam cum adhuc erant habentes libertatem. et cum ad

huc esset eis apertus penitentie locus non intellexerunt sed spreverunt: hoc oportet post mortem in cruciamento cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus esse quomodo impij cruciabuntur: sed inquire quomodo iusti saluabuntur. et quorum seculum. et propter quos seculum. et quando. Et respondi et dixi: olim locutus sum et nunc dico et postea dicam. quoniam plures sunt qui pereunt quam qui saluabuntur: sicut multiplicatur fluctus super gurgites. Et rridit ad me. et dixit: Qualis ager talia et semina: et quales flores tales et tincture. et qualis opator talis et creatio et qualis agricola talis cultura. quoniam tempus erat seculi. Et nunc cum essem parans eis his qui nunc sunt antequam fieret seculum in quo habitaret. et nemo contradixit tibi: Tunc enim quisquam et nunc creat in mundo hic parato et messe indeficienti et lege inuestigabili: corrupti sunt mores eorum. Et consideravi seculum. et ecce erat piculum propter cogitationes que in eo advenierunt. Et vidi et percipi ei valde et semavi tibi acinum de botro. et plantationem de tribu multa. Pereat ergo multitudo que sine causa nata est. et sevetur acinus meus et plantatio mea: quia cum multo labore perfecti. Tu autem si adhuc intromittas septem dies alios sed non ieiunabis in eis: ibis in campum florum ubi domus non edificata. et manducabis solummodo de floribus campi. et carnem non gustabis. et vinum non bibes. sed solummodo flores. Deprecare altissimum sine intermissione. et veniam et loquar tecum. Et perfectus sum sicut dixit tibi in campum qui vocatur ardat et sedi ibi in floribus. Et de herbis agri manducaui. et facta est esca eorum tibi in saturitate. Et factum est post dies septem et ego disci bebam supra fenem. et cor meum iterum turbabatur sicut ante. Et apertum est os meum. et inclinaui dicere coram al-